vestre gratie intercessionis nostre suffragio itero
dicta cum autem id opus censeri possit amici no
stras in hoc quos expetunt operas non negamus
suggerentes fideli consilio et intercessione pura
rogantes quatenus eundem episcopum ad paternitatis vestre
gremium benigni favoris admittatis affectum
et debita caritate tractetis ut inter nos et
eum laetetur concordia et discordia sileat assur
gat compositio et contentio conquiescat.

Consideratis

Que transsa pagina continebat super hiis que
scripsistis consideracionem nostram omittimus plenius
missas. b. consanguineo nostro ad partes tractatum
nostro quem scitis non accessimus eo quod aliqui inti
missimos principes videntur machinari discessum.
sum. Quia vero est melius occurrere ante tempus quam
post vulneratam causam consilium querere et maioris
prudencie est integritatem servare amicicie quam
reparare corruptam rogamus ut sollicitetis fratrem nostrum
quatenus tanquam inclitus filius se patre non faciat
a patruo et amico sed sic utrique cohereat ut
coniunctionis unio non admittat medios scis
sure ministros.

Ad tell exim. la. p. nobis esse devotum quem vestre
gratie commendamus quatenus et devocionem eiusdem
et precibus nostris satisfaciatis in ipso.

Paternitatem vestram

de qua plene confidimus affectuose rogamus
quatenus nepotem karissimi nostri presbiteri Iohannem presentium
portitoris in clericum ecclesie vestre divine retribu
cionis intuitu et nostri amoris obtentu velli
tis admittere ut ex hoc vobis et ecclesie vestre in
domino fortius obligati.

Credentes nos pupillis viduis et orpha
nis esse propicios latricem presentium nobilem set
pauperrimam viduam et omni quasi solacio destitutam
vobis in domino commendamus rogantes quatenus apud
cesarem sic recommendatam habeatis eandem
quod mereamini eius propiciationis affectum et subven
cionis effectum apud summum retributoris clemen
ciam veniam vestram assequimini mitie (?).

Firmiter credimus et probabili coniectura te
nemus.
benignitatis vestre favorem esse propicium et fructuo
sum iuris. Licet igitur dilectio mutua apud nos suffi
cere valeat quod est nostrum in eo pro ipso plenius ex
primamus vestrum affectum cum affectione mutue
paternitatis dulcedine prestitum in eo quem habet con
milite commendamus devoto petentes sicut vestre
mansuetudinis stilo (?) pertinet ut in consecu
cione iusticie cum eodem possit optata tran
quillitate gaudere cui tanto maioris devo
cionis et subiectionis exhibebit obsequia
quanto expressius acceperit a nobis quam devo
tum quem subditum eum esse volumus et vestris
sanit. si ad eundem militem non dirigatur sti
lus ad presens admiratio nulla consurgat
cum in patruo quodam modo possit intelligi
scriptum esse nepoti.

Item. E. culmen. in om. residente (?) pecu
niarum favore prosequitur presentibus ab vobis
ris gratie aspirat affectum.
Virtr. 6. la. p. certo nobis
in domino visitavimus patri filium et albi
monachum commendamus supplicantes quod vinus
tium debita liberali solvat et vinum et reple
nitudine plenior super benignitatis
effectum.

Ex primito didicimus quod diligentibus nos gra
cia vestra exhibet plene dilectionis affe
ctum vestrum confidentes rogamus quatenus carissimum nostrum in habitis
si placet sic nostri amoris intuitu commenda
tum ut opere sentiat quod pro eo aput amicum
intendit amicus.

Dilectum meum mutherum (?) in comitiva que
rulum faciunt et vix in dubium motus
continui potuerunt multiplicare querelam set
cedit ad gloriam contemptore posse contemptum.

Quousque

tollitis animam meam et longua expecta
cione suspenditis intercessionem pro nepote ka
rissimi nostri in tanto anxiam. Ecce ut audivimus lo
cus vacat. facultas se offert. Quia ergo fraternitatem
vestram affectione plena rogamus quatenus clericum pro meam
et fratrem recipiatis benigne ac firma caritate
tractetis. immo pro eo nos in ipso et ecclesiam ut si
nos contingit aliquid. quod plus ali
is obligationem minus nobis extimaretis teneri
mur.

Caritatem vestram affectuose rogamus quatenus in vestra
commissione contectis latorem presentium ne
post curiam cogatur periculose discerere quod non
decet.

Item cipriathum nostrum vobis admodum commen
damus et cum plenum interest dominum intercessio
ne favorem paternitatem vestram rogamus quatenus sic si pla
cet recommendatum habeatis eundem quod intercessionis
affectum sentiat cum effectu.

Scimus quod estis cesaris debitores solu
debitum saltem in hec ut tempestas
quasdam iniustas inhibeatis que contra deum et honorem
ipsius imperatoris attemptant quod si forte ille
urget imperium ad excessum apud principem
supplicationibus veniente iniuriis ut reforme
tur ratione mandatum. Ecce clamor ascendit
quod preter templarios et hospitalarios preter cisterciensium
et quedam alia monasteria et post quasdam ecclesias
cathedrales regni casticiensium molestia compre
hendit ut sic in regno nulla remaneat in
tacta religio. exceptis fratribus predicatoribus et
minoribus in quibus manus inquisitoris posse
nec non inveniunt ut turbet. Porro cum easdem omnium
alios religione prefulgeant in conspectu
etiam gloriosi principis esse debent in oculis tem
poralis accepti instate igitur oportune et
inoportune ut in regno tali religio non tur
betur. detrahitur et enim cesari confundunt
amici. et si qui sunt emuli potuerunt ex ul
tare. hec autem que scribimus de corde puro et fi
de non ficta procedunt. et quid non multum illi dis
placeat intendimus in talibus desistere asseri
bendo malentes ad eum clamare in facie
quam contra eum murmurare post tergum.

Matheus

nepos noster filius fratris nostri prosecuturus est
votum quo tenebatur visitare sepulcrum. set
sicut audivimus diu tenus ascendit peregrinum cum
exercitu imperatoris peregrinus cum eo consilio venit